



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB.BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Qe. 18.





TRACTATUS THEORICO-  
PRACTICVS

DE EXPENSIS  
STVDIORVM,  
In quo

Solidè, & neruofè famofiffima illa  
quæftio; An Filius pecuniam Studiorum  
caufa à Patre transmissam, eo mortuo, in diuifione  
bonorum, cum Fratribus & Sororibus con-  
ferre teneatur: excutitur, & discutitur.

*In gratiam*

*Leçtiffimæ coronæ Academicæ, contra μισοστωδ-  
της, pecuniarum mancipia, publica-  
tus, & divulgatus*

A

IOHAN: WOLFGANGO Hiller. V. I. D.

Impensis

Sebastiani Mylij Augustani.

flat IVſticia; pereat MVnDVſ.

AUGUSTÆ

Typis Ioannis Vdalrici Schoenigij.

ANNO

M. DC. XIX.

TRACTATUS THEORICO-  
PRACTICVS

DE EXPERIMENTIS  
STVDIORVM

In quo

Solent tractari experimenta illa  
quae ad Philosophiam Mathematicam  
et Naturalem pertinent, eo modo in  
demonstrationibus et solutionibus  
tractantur: et quibus

In primis

tractantur coram Academiae  
Publicae

A

JOHANNES WOLFGANGUS SILLER V. I. D.

habetur

Sebastiani Mijl Augustani

Typis Iulianis Petri M. V. D. V.

A. N. O.

Typis Iulianis V. d. b. t. Schöningg.

A. N. O.

M. D. C. XIX.





EPISTOLA DEDICATORIA.

ILLVSTRI, AC

GENEROSO DOMI-

NO, DÑO GEORGIO GVN-

DACKHERO Schifer / L. BARONI

in Fretting auff Tarberg / AVSTRIACO,

Rei militaris experientissimo, & exercitatissi-

mo, Literatorum fautori magno, Do-

mino suo gratioso.

**I**llustris ac Generose  
Baro, Domine gratio-  
se, more satis invete-  
rato fit, quod illi, qui aliquid  
in vulgus emittunt, sibi ali-  
quem quærant, cui labores  
suos offerant & dedicent. Id-  
que vel ob Beneficia accepta,  
vel ob Fauorem & Amorem  
erga literas: vel defensionem  
erga Sycophantarum mor-

A 2 sus:

<sup>2</sup>  
fus : vel alias non minus ho-  
nestas & veras causas, vt a-  
pud eum v. g. cui munus of-  
ferunt, innotescant. Quippe  
cū nihil aut parum sit, artē  
didicisse, nisi fuerint, quibus  
studia nostra, vt seruire pos-  
sint, & nota sint, & proben-  
tur. Hunc ergò morem cum  
alijs mihi communem esse  
hoc tēpore volui, quo quæ-  
stionem illam theoricopra-  
cticam de expensis & sum-  
ptibus Studiorum in lucem  
emittere cogito. Tuæ verò  
Generositati ob accepta, et  
in me ex Gallijs ad patrios la-  
res cum Domino Affine suo  
dilecto reuersum, collata be-  
neficia, eandem in gratitu-  
dinis,



dinis, submissæq; voluntatis,  
 & obseruantiaē testimoniū,  
 offero, consecro, atq; dico:  
 obnixè rogans, vt literarium  
 hoc xeniolū, solito benigni-  
 tatis vultu, & fauore, acce-  
 ptare, lubentibus facilibusq;  
 manibus suscipere, autorita-  
 tisq; suæ clypeo, ne in viru-  
 lentissimè iudicantium intē-  
 perie, vndiq; probris disse-  
 ctū, conuitijs adfectum, in-  
 tereat, protegere, obtegere,  
 & defendere dignetur. Deus  
 Ter. Opt. Max. G. T. ad sui  
 nominis gloriam, in his im-  
 periorum cōuersionibus, &  
 funestis bellorum motibus,  
 sub vmbra alarum suarum  
 clementer protegat, & ad  
 A 3 omnem

4

omnem posteritatem Eccle-  
siae, & Reipubl. saluam & in-  
columē seruet. Bergæ è mu-  
sæo meo i. Kal. Ianuarij, An-  
no *θεαυδρωπς* Millesimo sexcē-  
tesimo decimo nono, quem  
T. G. Ecclesiae, totiq; Rei-  
publicæ Christianæ, felicem,  
pacatū, tranquillum & salu-  
tarem precor & exopto.

T. G.

Deuotissimus

Ioan: Wolfgang, Ziller. D.

In

In 5  
Eruditissimum  
DE SVMTIBVS STVDI-  
ORVM CAUSA FACTIS, &c.  
Tractatum novum

Autore

Viro Clariſſimo & Conſultiſſimo

IOAN: WOLFGANGO HILLERO I. V. D.

Amico veteri meo.

**H**ILLERE corculum Themistos, A-  
pollinis  
Charitumq; ocelle; quæ merere  
præmia;

Quando, studiosos, edoces, non cogier  
Posse, vt, parente mortuo vtroq;, inferant  
( Nisi sint pecuniæ perdæ ij deperditi;  
Vel sic parens voluerit expressissimè )  
Sumtûs, & expensas studiorum gratiâ  
Factas, in ipsam hæreditatem? ô aureum  
Libellum! ô utilissimum quoq; singulis,  
Operam quibus volup dare bonis literis!  
Ex hoc enim quis quod sibi ius competat  
Discet; videbit in hoc, vt in perlimpido  
Speculo, omne. Perge plura deîn, carum  
Politiore Ingenij, eia, specimina (caput,  
Edere. Tibi feret tuis laboribus  
Brabeia digna, crede mihi, gens postera.

l. m. q.

Inter curiæ curas deproperabam

Christophorus Hæflichius, Norimb.

Reip. Patriæ à Secretis. Poëta nobilis.

## IN ZOILVM.



Notus quorundam mos est, sub-  
fannia dictis

Spargere, sunt multo cum ebria  
turba mero.

Nunc hunc, nunc illum proscindunt iudi-  
ce lingua,

Soli tunc sapiunt, soli & aperta vident.

Non bonus est vllus, non iustus, non quo-  
que doctus,

Nec placet his quisquã, sit licet ipse pius.

Tantus liuor inest, & tanta superbia mentẽ

Fascinat, vt semet noscere nemo queat.

Non hi sunt homines, nec semina ducere  
cœlo

Crediderim, ast orco profilijsse puto.

Mordaci absentẽ linguã qui rodit amicum,

Cor habet illyrica nigrius ille pice.

Nec sapit, explorat qui non prius omnia ad  
vnguem,

Seu sua facta suã, seu sua dicta via.

Candida turba operas has æqui consule,  
namq;

Qui dedit has, olim comodiõra dabit.

At tu turba vale, nigri quæ Dæmonis esse

Crederis obscœni podice nata patris,

Et proscinde, fatis donec tibi feceris ipsa,

Nouimus ingenium pessima turba tuum.

C. A.

S V M M A R I A .

- 1 **I**N nomine Iesu Christi ad omnia consilia & actus progrediendum.
  - 2 Aequitas vult, vt qui communes habent parentes, & commune domicilium, aequaliter tractentur.
  - 3 Inaequalitate inter fratres nascuntur rixae & inuidiae.
  - 4 Inaequalitas est mater & nutrix discordiae.
  - 5 Aequalitas non parit bellum.
  - 6 Nemo in legitima defraudandus.
  - 7 Legitima debetur liberis iure diuino, iure natura, iure Canonico, & iure civili.
  - 8 Legitima alimentorum loco succedit.
  - 9 Liberi legitima non possunt priuari, etiamsi patri sint inobedientes.
  - 10 Legitima statuto tolli non potest.
  - 11 Quod fit in fraudem legis, pro nihilo habetur.
  - 12 Quod obtinet in castris Martis, obtinet etiam in castris Musarum.
  - 13 Milites armati conferunt sumptus in militiam factos.
  - 14 Pater tenetur alere liberos.
  - 15 Alimenta qui denegat, liberos necare dicitur.
  - 16 Alimenta & Studia equiparantur.
- A § 17. Ali-

- 17 *Alimenta liberi non conferunt.*
- 18 *Qui vult conseq. vult etiam antecedens.*
- 19 *Expense in priuignum factæ, cessante affectu Vitrici, repetuntur.*
- 20 *Affectio patris erga filium nunquam cessare præsumitur.*
- 21 *Si id inest quod minus inesse videtur, inerit etiam quod magis.*
- 22 *Miles non tenetur conferre ea, quæ pater ei in castra proficiscenti dedit.*
- 23 *Labores alicuius non debent alteri fructum vel lucrum adferre.*
- 24 *Studiosus maioris conditionis esse debet quàm miles.*
- 25 *Expensæ studiorum, reputantur Ecclesie causa factæ.*
- 26 *Studiorum causa pia, atq; fauorabilis.*
- 27 *Fauores ampliandi, odia restringenda.*
- 28 *Quæ in fauorem alicuius indulta sunt, in eius damnum haud retorqueri debent.*
- 29 *Nihil præclarius Eruditione.*
- 30 *Emancipatus mutat familiam.*
- 31 *Emancipatus de jure ciuili filius esse desinit.*
- 32 *Quod sine conditione datur, purè datum esse præsumitur.*
- 33 *Expressa nocent, expressa non nocent.*
- 34 *Multa tacita habentur pro expressis.*
- 35 *Legatum dotis, incertitudo non vitiat.*
36. *Par*

S V M M A R I A. 9

- 36 Par & similis est in iure, causa dotis, & studiorum.
- 37 Pater tenetur dotare filiam, quamvis sine ipsius consensu nupserit.
- 38 Liberi non tantum parentibus, sed etiam Reipublica nascuntur.
- 39 Contractus simulatus, nunquam est sine dolo.
- 40 Nullum munus Reipubl. offerre maius meliusue possumus, quam si iuventutem informamus.
- 41 Pater & Filius sunt vna persona.
- 42 Nemo sibi ipsi aliquid donare potest.
- 43 Donatio ob causam, proprie donatio non est.
- 44 Donatio inofficiosa, fit in fraudem legis.
- 45 Studiorum labor si non remuneratione, saltem miseratione dignus.
- 46 Utilitas publica, preferenda utilitati priuata.
- 47 Pia causa facit, vt pluribus interdum casibus à dispositione iuris ciuilibus discedatur.
- 48 Studiorum causa, Pia est.
- 49 Turbare studium, est turbare utilitatem publicam.
- 50 Pater non tenetur filias equaliter dotare.
- 51 Pater plus vni filio quam alteri relinquere potest.
- 52 Mater

- 52 Mater potest donare totum patrimonium  
vni filio, reſeruata alijs legitima.
- 53 Pater, ſi vult, bona ſua in mare projicere  
potest.
- 54 Parentes liberis legitimam tantum re-  
linquere tenentur.
- 55 Magna eſt differentia inter militiam to-  
gatam, & armatam.
- 56 Fratres fratri ad coepta ſtudia abſoluen-  
da, ſumptus ſuppeditare non coguntur.
- 57 Non minus ſuſtentatur Reſpublica ar-  
mis ſtudiorum, puta, libris, quam gladijs  
& machinis bellicis.
- 58 Pennae ſcriptoriae loricas bellatorum pe-  
netrant.
- 59 Doctoreſt eſt dignitas.
- 60 Doctores torture ſubiecti non poſſunt,  
excepto crimine hereſeos & laeſae maie-  
ſtatis.
- 61 Doctores coram iudice, non ſtant, ſed ſe-  
dent.
- 62 Doctores iuriſiurandi, vel teſtimonij  
dicendi cauſa, domo ad tribunal non e-  
uocantur, ſed domi expediunt.
- 63 Doctores ſunt Nobiles.
- 64 Doctores poſſunt inſignia nobilium v-  
ſurpare.
- 65 Veſtimenta, alimentorum nomine ve-  
niunt.

66. Mater



S V M M A R I A II

- 66 Mater filio alimenta non debet.  
67 Nemo alimentis quotidianis defraudā-  
dus.  
68 Nulla regula tam firma, quæ non habe-  
at exceptionem.  
69 Cessante causa studij, cessat privilegium.  
70 Contraria causa, contrarium operatur  
effectum.  
71 Grauius est delictum, quod faciendo,  
quàm quod omittendo committitur.  
72 Ea voluntas testatoris attendenda, quæ  
iuri non repugnat.  
73 Diligentes patresfam. sæpè minutissi-  
ma in libros rationum referre solent.



B. F.



B. F.



Um secundum Sacra-  
tissimum, & Augustis-  
simum Imp. Iustinia-  
num *in l. 2. C. de offic. Pres.*  
1 *prat. Afr:* In nomine Domini  
IESV CHRISTI, ad omnia confi-  
lia, omnesq; actus semper sit pro-  
grediendum; Et in *Nou. 6. collat 1.*  
tunc benè vniuersa gerantur &  
competenter, si rei principium fi-  
at decens, & amabile DEO; exem-  
plo Pientissimi Imperatoris in No-  
mine Altissimi hoc exordiat. An  
Filius pecuniam studiorum  
causa à Patre transmissam,  
eo extincto, in diuisione bo-  
norum, cum fratribus & so-  
roribus conferre teneatur?

Et

Et certè, quod propositū casum  
attinet : haud contemnendæ au-  
toritatis D d. sunt, qui Affirmati-  
uam exosculantur sententiam, &  
tales expensas, collationi subijci-  
unt : proq; sua hac stabilienda &  
confirmanda opinione, his vtun-  
tur argumentis, seu rationibus.

I. Aequitati nihil tam contrari- **2**  
um, quàm inæqualiter tractare e. *Rationes*  
os, quos æquales ipsa fecit Natura, *affirma-*  
qui communes habent parentes, *tiva.*  
& comūne domiciliū *l. i. C. vnde lib.*  
*l. iam hoc iure 4. § l. Lucius 45. ff de vulg.*  
*§ pup. subst. l. si maior 4. C. commun.*  
*diuid. l. inter filios § filias ii C. fam. erci.*  
*maximum vitium 4. C. de lib. pret.*

II. Inæqualitate, inter fratres na- **3**  
scuntur rixæ, & inuidiæ: vt *commu-*  
*nis omnium rerum magistra docet ex-*  
*perientia.* Omnis autem via, ex qua  
discordia oriri potest, præcidenda  
est, & illa eligenda, quæ concordi-  
am & charitatem fraternam con-  
seruat.

seruat. *Bl. & Salicet. in l. cum oportet*

*6. C. de bon. qualib. Ruin. consil. 12. nu. 6.*

*Cacheran. decis. Pademont. 23. num. 16.*

4. Ut ergo tollatur inuidia & discor-  
dia, cuius mater & nutrix est ipsa

*Inæqualitas Rol. à Valle consil. 100. nu.*

*17. vol. 3. & cons. 51. nu. 8. vol 4. Soc. cons.*

*21. nu. 7. vol. 3. Cephal. cons. 67. nu. 20.*

*& seq. vol 1. & consil. 28. nu. 1. & seq.*

5. vol 2. Aequalitas, quæ secundum

*Pythagoram & Platonem 2 de L. L.*

*δ πόλεμον ποιεῖ, hoc est, non bellum*

parit, instituenda, & fouenda.

6. III. Nemo in legitima defraudan-

*dus, Sichardus in auth. nouissima nu.*

*24. ibi, legitima sine omni conditione*

*et onere debetur filijs. C. de inoffic. testam.*

7. Nam iure Diuino, iure Naturæ, iu-

re Canonico, iure ciuili & de æ-

quitate naturali, liberis debetur,

*Arnold. Reyger in Thesauro juris fol. 79.*

8. nu. 77. Et vicem Alimentorum su-

bit, *Regner. Sixtinus cons. ij. n. 28. vol 3.*

9. *inter consil. Marpurg. Hinc ea priuari*

non

DE EXPENSIS STUDIORVM. 15

non possunt, etiam si patri fuissent  
inobedientes *Barbat. consil. 10. col. 3.* 9  
*vol. 4. per auth. hoc amplius C. de fidei-*  
*commiss. Neq; Statuto tolli potest,* 10  
*Boër. decis. 118. n. 6. part. 1. Alex. cons. 211.*  
*nu. 8. vol. 7. Schurff. cons. 96. n. 12. cent.*  
*1. § cons. 36. n. 4. cent. 2. Wesenb. cons. 24.*  
*n. 6. 7. Simon Pist. cons. 6. n. 4. Ant. Fab.*  
*defin. 6. C. de. LL. Bronch. cent. 1. assert.*  
*34. Myns. cent. 5. obs. 43. Wurms. obs. 10.*  
*t. 39. Gail. 2. obs. 122. § infiniti alij.*

Ex quibus adductis, sequitur fi-  
liū studiosum pecuniam cōferre  
debere, cū alias reliqui fratres &  
sorores in legitima defraudarētur.  
IV. Quicquid fit in fraudem le- 11  
gis, illud pro nihilo habetur, argu-  
mento l. 1. § pen. C. de. inoffic. donat. Ia-  
son ad § item si quis Inst. de action. § Se-  
bast. Hornmold in Repertorio suo juris.  
Atq; asserere sumptus studiorum  
causa factos, in collationē non ve-  
nire, in fraudem legis fit; Quando  
enim Testator fatetur in filiū mul-  
B tos

tos magnosq; sumptus collocatos esse, interim tamen illos ab eodem computari non vult, multum hereditarijs bonis detrahit, & per eiusmodi detractionem, legi fraudem facit *tt. C. de inoffic. testam. § l. omnes 17. § Lucius 1. ff. d. his quæ in frau. cred.*

- 12 V. Quod obtinet in castris Martis,  
 13 illud etiam obtinere debet in ca-  
 stris Musarum. Atq; milites Mar-  
 tis, cōferunt sumptus in militiam  
 factos. *l. pen. C. de collat.* Ergo & mili-  
 tes Musarum.

VI. *Adducunt Nou. 18. cap. 6. ubi Imp. Justinianus hunc in modum rescribit. Sive intestatus quis moriatur, sive testatus, collatio, & exinde equalitas, locum habet, nisi expressim designauerit se velle non fieri collationē.* Inde colligunt & Filium pecuniam à patre acceptā, cōferre debere, si expressa patris voluntas hac de re non reperiatur.

VII. *Deniq; producunt verba Papi-  
 niani*

*Papiniani in l. 15. ff. d. muner. & honor. que sic sonant. Et si filium pater Decurionem esse voluit, tamen defuncto, Honores, qui filio Decurioni cōgruentes post mortem patris obtigerunt, ad onus coheredis filij non pertinent. Hinc volunt, collationem à filio fieri debere, cūm secundum præfatum Papinianum onus ad coheredes non pertineat.*

Atque hæ Rationes sunt, quæ à parte affirmantium moueri, & in medium adduci solent: Quæ etsi speciosæ, & apparentiam veri habere videantur; tamen tantæ non sunt, quin Rationibus & Autoritatibus grauissimorū Ictorum, ex altera parte impugnari nequeant.

Rationibus) I. Pater tenetur alere 14  
 liberos *tt. C. d. alend. lib. à parent. l. Rationes*  
*unic. § 5. v. sileat C. d. rei vxor. act. l. 8. Negati-*  
*§ 5. C. de bon. quælib. c. ex literis 2. x. de ue.*  
*conuersione infidel. Quia nemo vento*  
*viuere præsumitur l. fin. in fine C. de alim.*  
*pup. præstand. Vnde alimenta qui 15*  
 B 2 denegat,

18 TRACT. THEORICO-PRACT.  
denegat, liberos necare dicitur,  
teste Gailio lib. 2. obs. 22. n. 15. ff. l. neca-  
re 4. ff. d. agnoscend. lib. Quo jure  
ergò debētur Alimenta, eodem &  
16 sumptus studiorū: quia Alimenta  
& studia æquiparātur. l. qui filium 4.  
ff. ubi pupill. educ. deb. l. 1. ibi. in alendo  
eo, vel fortè ad discendum C. d. infant.  
expos. Alex. cons. 178. nu. 7. Wesenb. cons.  
80. n. 2. § 7. Francisc. Pfeil. cons. 95. n. 3.  
Pruckhmann cons. 35. n. 94. vol. 1. Tren-  
tacinq. d. aliment. resol. 1. n. 27. Iob. Pet.  
Surdus d. aliment. tit. 4. q. 6. Myns. cent.  
17 3. obs. 12. § alij. Atqui Alimenta, filij  
non conferunt, cūm parentes na-  
turali ratione ad alēdos liberos ob-  
stricti sint, l. fin. § 5. C. de bonis quæ lib.  
Frider. Mindanus lib. 2. de mand. iud.  
c. 54. n. 2. Et magistratus autoritate ad  
subministranda alimenta cogi possint,  
l. 5. § 12. ff. d. agnos. lib. l. fin. C. d. alend. lib.  
II. Imp. in l. vnic. C. d. peric. succes. lib.  
10. sic scribit. Si de proprio suo patrimonio  
muneris editionē tuo nomine pater tuus  
repromisit,



repromisit, ideoq; etiam Sacerdotem te  
 creari impetrauit: onus erogatio-  
 nis commune omnium he-  
 redum eius esse, præses pro-  
 uinciæ non ignorat. Hinc sic  
 argumētatur, Qui vult cōsequens, 18  
 vult et necessarium antecedens.  
 At parens vult cōsequens, vt scili-  
 cet filius euadat in virum doctum.  
 Ergò & sumptus velle debebit, sine  
 quibus ad illud cōsequens perue-  
 nire nequit. *argum. l. 2. ff. de iurisdict.*  
 III. *Imp. Gord. in l. 15. C. d. neg. gest. ita*  
*rescribit. Si paterno affectu priuignas*  
*tuas aluisti, seu mercedes pro his aliquas*  
*magistris expendisti, eius erogationis*  
*tibi repetitio nulla.* Ex qua lege illud  
 colligo. Si vitricus tum demū po- 19  
 test repetere ea, quæ Priuigno suo  
 dedit, quando paternus affectus  
 cessat, aliàs non: Sequitur ecōtra  
 in vero patre, repetitionem nullo 20  
 modo locum habere, cū affectio  
 paterna nunquā cessare præsuma-  
 tur,

tur, Bald. in l. mater tua C. de oper. liber.

Et si id inest, quod minus inesse videtur,

inerit etiã, quod magis. c. cum in cunctis 7

in pr. & ibi gl. Panormit. Imola & cano-

nist & de Elect. l. ult. & ibi gl. Iob. de Plat.

& Dd. C. qui atate vel prof. se excus. lib. 10.

21 IV. Quo jure, & priuilegio vtun-  
tur milites armati, eodem etiam  
fruuntur togati Eberb. in Top. à mi-

lit. armat. nu. 1. per l. fin. C. de Palatin.

sacror. largition. lib. 12. Cyn. in l. 1. quest.

5. ubi & Salicet. C. de jur. & fact. ignor.

Paris à Puteo tr. de re milit. tit. an ar-

miger possit reprobari ab official. exerc.

nu. 5. Br. Alex. Socin. & Iason in l. miles

ff. de re iudic. Atqui filius fam. miles,

22 omnia præcipua habet, quæ pater

ei, in castra proficiscenti, elargitus

fuerit l. 4. ff. d. cast. pec. Quid ni &

filius fam. ad Musarum castra pro-

ficiscens? Cùm vtrobique par sub sit

causa l. 14. C. d. aduoc. diu. iud.

V. Imp. Anastasius in l. 5. C. d. silent.

lib. 12. ait: Iubemus clarissimorum silen-

tiariorum

*tiariorum praeditos militia, et si genitorum suorum in potestate sint constituti: quaecunq; solatiorum seu emolumentorum vel Donationū, seu hereditatum nomine per militiam, vel quamlibet eiusmodi causam his acquisita sunt, vel fuerint: Iure Castrensis peculij possidere, nec ea posse vel Parentes superstites sibi vindicare, vel auferre, vel etiam post eorum obitū, Fratres vel alios eorum Heredes, quasi ad defunctorū dominiū pertinentia, in Diuisionē deducere: nec enim* 23

*Oportet Labores eorum alijs fructum, vel lucrum adferre. Ex horum verborum generali ratione, idem de filiofam. Studioso asserere possumus, cūm, vt in praecedēti ratione dictum, iisdem quibus miles gaudiat priuilegijs. Non ergō deterioris, sed Maioris conditionis & praerogatiuae esse debet:* 24

*Nam quamuis secund. vers. illum. Dent magnū Martis victricia cornua nomē: Gloria, lausq; tamen, maior ab Arte venit.*

B 4 Hinc

Hinc Alphonsus interrogatus  
 quodam, utri rei sese plus debere fa-  
 teretur: Libris, an Armis? Ex libris,  
 respondit, & arma, & armorū iura  
 didici. Ob quam causam Alexan-  
 der Magnus sub puluino Homerū  
 habuit, eum nocturna diurnaq;  
 manu versauit, secumq; homines  
 duxit literatissimos. *Sed vide Iob.  
 Lauterbachium in tr. de armis & li-  
 teris. Melch. Iunium p. 9. orat Argent.  
 Eliam Reusner. lib. 1. art. strata. c. 1.  
 Philipp. Camerar. lib. 3. medit. cap. 68.  
 & Erasmi. Vngepaur in suo collegio Ien.  
 pub. disp. 1. tb. 9. sub. lit. A. ut qui elegan-  
 ter tractant, Res ne belli, an urbana ma-  
 iore gloria digna sint.*

25 VI. Expensæ Studiorum, repu-  
 tantur Ecclesiæ causa factæ, t. t. x de  
 magist. & ne aliquid exig. pro licent. doc.  
 c. cum ex eo 34. de elect. in 6. Boër. cons. 16.  
 nu: 22. Nic. Reusner. lib. 3. decis. cap. 4.  
 per tot. At Ecclesia nihil confert.  
 Vnde & nec studia,

VII.

VII. Studiorum causa, Pia, atq; Fa- 26  
uorabilis est secundum Bart, *in l. 1.*

*ff. solut. matr.* Fauores autem am- 27  
pliandi sunt, odia restringenda.

*odia d. § 1. in 6. inter pares 38. ff. de re*

*iudic. Anchoran. cōs. 356. Alciat. de præ-*

*sumpt. reg. 3. præf. 34. nu. 13. Philippus*

*Matthæj consil. 25. nu. 34. inter consilia*

*Marpurgensia vol. 3. Et quæ Fauo- 28*

*rem alicuius indulta sunt, non de-*

*bent in eius damnum retorqueri,*

*l. quod fauore 6. C. de. LL. c. quod ob gra-*

*tiam d. § 1. in 6. Iam, si filius pecu-*

*niam consumptam, cum fratribus*

*conferre deberet, fauor ipsius fru-*

*straneus esset.*

VIII. Deniq;, *Ulpianus in l. 50. ff. fam.*

*Ercis. expressè tradit. Quæ Pater filio*

*emancipato studiorum causa pe-*

*regre agenti subministravit, in ra-*

*tionem portionis, quæ ex defun-*

*cti bonis ad eundem filium perti-*

*nuit, computari Aequitas non*

*patitur. Et sanè meritó. Quis enim*

B s eorum

eorum non misereatur, *ait laudatissimus Imp. Fridericus I. in auth. habita C. Ne filius pro patre,* qui amore scientiæ exules facti, de Diuitibus pauperes, semetipsos exinaniunt, vitam suam multis periculis exponunt, et à vilissimis sæpè hominibus (quod grauitè ferendum est) corporales injurias sine causa perferant. Quæ verba vt pathetica satis sunt, ita & singulos cum parentes, tum fratres, Sorores, aliosq; cognatos permouere debeant, vt potius quibus possunt laudibus filios, & fratres eruditos extollant, quàm impijs querelis & calamitate, vt sæpè fit, afficiant. Quid enim  
 „ præclarius est Eruditione? Vnde  
 „ maior toti familiæ gloria acquiri  
 „ potest, quàm per doctos, & experientia præditos cognatos? Vnde  
 „ Steimata, & familiæ præclaræ incrementū sumpsere, nisi per hoc Virtutis, doctrinæ, & rerum experientia medium. *Eleganter Lud. Schwartzemair,*

*tzenmair, in qq. suis miscel. lib 1. cap. 12.*

*Cæterum, præfata lex 50. ff. fam. ercis.*

cōcepta est de filio **Emancipato**,  
 & vult, quod sumptus studiorum  
 causa factos, non teneatur confer-  
 re. Hos si non tenetur Emancipa-  
 tus, multò minus filius in potesta-  
 te seu sacris paternis cōstitutus, cō-  
 ferre tenebitur, præsumptio namq;  
 est, affectum paternum magis esse  
 in hoc, quàm in Emancipato, vt  
 qui mutet familiam, minimam 30  
 capitis diminutionem patiendo,  
 § *minima 3. Ibi. de capit. deminut.* De  
 jure ciuili filius esse desinit, legis 31  
 successionem non gaudet: nec suus  
 heres est § *Emancipati 9. ibi de hered.*  
*que ab intest. def. § emancipatos ibi de*  
*exher. lib.* Porro præsumptio juris est  
 patrem donandi animo pecuni-  
 am filio studioso mittere. Si enim  
 tum demum filius pecuniam cō-  
 ferre tenetur, quando cōditio illa  
 reperitur, quod **Credendi ani-**  
**mo**

mo miserit, vt traditur *in d. l. s. fam. ercis.* Sequitur è contra, quando conditio illa non adsit, donasse censetur. Quod enim sine conditione datur, purè datū esse præsumitur, & quod non animo repetendi datum est, donatum esse intelligitur. Præsumendum autem est, semper in casibus dubijs & incertis, si pecunia filio missa, donandi animo missam esse.

**Obi.** Nec est quod obijcias. Nullam donationem inter Patrem & Filium factam fuisse, cū de ea, nulla patris testatoris extet voluntas. **Resp.** Satis namq; apparet voluisse hoc patrem, si enim ablegauit filium ad artes addiscendas, voluit & expensas, cū sine his artes addisci nequeant.

**Obi.** Nec obstat. Quod Patris voluntas, dicto aut scripto, non sit expressa, aut certè juramento stabilita, quo aliàs quælibet donatio filio à patre facta, confirmatur, vt  
jure



*jure valeat atq; subsistat, secundum*  
*Iob. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de*  
*testam. § 1. col. 2. & Nam vt Modesti-* Resp.  
*nus in l. 195. ait, expressa nocent,* 33  
*non expressa non nocēt. Multaq;* 34  
*sapenumero tacita, pro expressis*  
*habētur, vt videre est ex l. cum quid*  
*3. ff. reb. cred. l. debitorem 15. C. de pignor.*  
*l. si debitor 12. C. de dist. pig. l. si mater 3. C.*  
*d. in offic. test. Nec quicquam refert,*  
*vtum quis voluntatē suam decla-*  
*ret verbis, an rebus ipsis, aut factis,*  
*l. de quibus 32. ibi nam quid interest suff-*  
*ragio populus voluntatem suam decla-*  
*ret, an rebus ipsis & factis ff. de legit.*  
*Et quamquam incertus cōtractus*  
*minimē valet, si rigorem juris spe-*  
*ctes, vt latē tradūt Bart. & Dd. in l. 115.*  
*de v. o. tamen vt legatum dotis In-* 35  
*certitudo non vitiat, ita nec lega-*  
*tum Studiorum causa factum l. 12.*  
*ff. de leg. 3. Par siquidem & similis* 36  
*est in iure, causa Dotis, ac studiorū*  
*gl. in l. 1. in fin. C. de stud. lib. urb. Rom.*  
*lib. 11.* Proinde

Proinde ut Dos habet prælationis  
 priuilegium: Ita & causa studiorū  
*Bart. § Dd. in l. 1. ff. solut. matr.* Et ut  
 37 pater tenetur dotare filiam, quam-  
 uis absq; illius consensu nupserit,  
*tradente Gailio lib. 2. obs. 95. nu. 10. Nic.*  
*Eberhardi consil. 182. ubi § per infinitas*  
*authoritates probat, filiam ob id nec dote*  
*sua priuari, nec ex hereditari posse. Ita et*  
 artem aliquam dare filio, ex qua  
 viuere possit honestè. Et si nolit,  
 autoritate iudicis cogi queat. Li-  
 38 beri enim, non tantū parentibus,  
 sed etiam Reipub. nasci dicuntur,  
*l. 1. § et generaliter 15. ff. d. vent. in pos-*  
*mit. l. 2. ff. d. I. § l. 14. ad sen. Trebel. l.*  
*1. ff. ad l. Iul. maiest. l. 19. § 7. de capt: §*  
*postlim. reu. l. 14. de muner. § honor. l.*  
*200. § 3. d. V. S.* Et grauia vulnera  
 Reipub. infliguntur, si iuentus ne-  
 gligitur, teste Gilkenio ad librū 8.  
 polit. Aristotelis. Hinc verissime  
 scripsit Cic. 3. de diuinat. Nullum  
 39 munitis Reipub. afferre maius, me-  
 liusue possumus, quàm si doceamus,  
 mus,

mus, & erudiamus iuventutem.  
 Tum enim demū Respub. Beata, si  
 Platoni credim⁹, quādo in ea mul-  
 ti sunt sapientes seu literati. Nec  
 etiam est quod dicas. Hic Si. Inst.  
 mulatum cōtractum esse inter Pa-  
 trem, & Filium. & Nam cōtractus Resp.  
 simulatus nūquam est sine Dolo. 40  
 Quis hīc dixerit esse dolum? Nec Obi.  
 quartò est, quod obijcias. Do-  
 nationem inter Patrem & Filium  
 non posse subsistere, exinde quòd 41  
 Pater & filius vna persona esse fin-  
 gatur *l. ult. C. de impub. & alijs subst.*  
*Alciatus de presump. reg. 3. presump. 31.*  
 At nemo sibi ipsi aliquid donare 42  
 potest *l. si quis pro eo 56. § 1. ff. de fideius.*  
 nam differētia debet esse inter do-  
 nantē & accipientem, *d. § 1. de fideius.*  
 Ergo eiusmodi donatio inualida,  
 & per cōsequens sumptuum refu-  
 sio in diuisione necessaria, & Di- Resp.  
 stinguendum est inter Donationē  
 Puram vel Simplicem, seu Meram,  
 quæ

43 quæ scilicet nullam habet causam  
 annexam, nisi meram liberalitatē,  
 & beneficentiam gratuitam, *ut ait*  
*Clarus in § donatio q. 8.* et Donatio-  
 nem ob causam, puta studiorum,  
 aut officiorum, Obiecta hæcenus,  
 locum habent in Donatione sim-  
 plici, non in Donatione ex cau-  
 sa, quæ omninò valet: ita ut nec  
 reuocari, nec in legitimam com-  
 putari debeat *Auth. unde et si parens*  
*C. de inoffic. test.* Et ratio est, quia ob  
 causam donatio, non est propriè  
 donatio, propterea, quòd non fit  
 meræ liberalitatis exercendæ causa,  
 sed ea lege, ut aliquid fiat, vel non  
 fiat, vel sub modo, & conditione,  
 vel ex certo tempore, aut in certū  
 tempus donatur *l. 1. C. de donat. que*  
*sub modo vel cōdit. § c.* Eamq; ob cau-  
 sam huiusmodi donatio peculio  
 aduentitio potius, quàm profecti-  
 tio adscribitur, quod ut ab heredi-  
 tate, defuncti scilicet, alienum est:  
 ita collationis nullam habet cōsi-  
 deratio.

derationem. Hinc si Pater filio ab Academia reuerso aliquid donaverit, & matrimonium contraheret cum muliere aliqua nobili, quæ alioquin nolebat ei nubere, donatio ista valet, nec confertur. Cravetta *cons. 85* Iob. Petr. *Surd. cons. 143*. *Bursatus cons. 188. n. 11. lib. 2*. Cum enim obmerita fiat, cēsetur donatio aduentitia, non profectitia. *Fachin. lib. 5. contr. cap. 82*. *Bart. in l. frater à fratre ff. d. cond. indeb. Nic. Reusner. dec. 11. n. 40*. *Ang. in l. 1. in fin. ff. solut. matrim. Arius Pinell. in l. 1. n. 92. C. d. bon. matern. Ant. Gomez. var. resolut. cap. 4. in fine. Duenas in reg. 223. Couarruv. lib. 1. var. resolut. c. 16. n. 2. Ant. Gabriel. in communi opinione in lib. 3. sub tit. de donat conclus. 4. & 6. Menoch. cent. 2. qq. arbit. casu 132. n. 4.*

Nonnulli sunt, qui hoc in casu distinguant inter donationes, quæ morte confirmantur, & inter donationes, quæ ante mortem reuo-

C can-

cantur: & ad priorem donationem referunt ea, quæ pater, studiorum causa, misit filio. At negat *Treutlerus in disputationibus suis, thesi 3. de donat.* donationem à patre in filium collatam, morte patris confirmari: *Re.* Concedo hoc, quo ad jus Vetus: non autem quo ad jus Novum, quo jure hodiè donationes silentio cõfirmantur. *l. 25 C. d. donat. inter Vir. & ux.*

OB

44

Nec deniq; est, quod dicas. Has donationes, instar inofficiosa donationis valere. *Re.* Negatur enim hoc, cum donatio inofficiosa, fit in fraudem legis, ad excludendam inofficiosi testamenti querelam *l. 1 C. l. pen C. de inoffic. donat.* Ratio est, quia donator totum patrimonium exhaurit, largiendo, vel maximã eius partem *d. l. 1.* Hoc autem casu, fraus legi non fit, sed potius in laude ponitur, si quis filium liberalibus disciplinis erudiendum curat. Deinde

DE EXPENSIS STUDIORUM. 33

de inofficiosum donatū nullo modo intelligi potest, nisi contingat lacio in legitima Teste Thoming. decis. 32.

Et hæc de Rationibus, vbi supra dixi & Rationibus, & Autoritatibus priorem sententiam impugnari posse: sequuntur ergò ordine nunc Autoritates Dd.

*Autoritatibus*) Defendunt hanc Autoritates Dd. sententiam Bart. in l. § nec Castrense n. 8. C. d. collat. bon. Alex. ad l. 5. donatione in fin. C. eod. Cumanus cons. 40. Tiber. Decianus consil. 15. n. 8. 10. 17. & cons. 38. vol. 2. Crauetta cons. 125. Cavalcanus p. 2. de contract. decis. II. n. 22. Gomez. ad leg. Taur. n. 17. Rebuff de privil. scholar. privil. 56. Menoch lib. 2. arb. qq. cas. 131. Costal. ad l. qua pater filio 50. ff. fam. ercis. Nemeus de collat. q. 18. per tot. Oldēdorp. consil. illust. p. 3. consil. 60. Ioh. Garzias in tr. de expens. cap. 4. n. 6. 7. 8. Francis. de Porcellin. tr. de duob. fratr. q. secund. principalis q. 1. n. 1. & seqq. Pet. de Vbaldis de

C 2 duob.

*duob. frat. fol. 247. n. 25. Mascard. de  
 probat fol. 2. concl. 724. Ioh. Pet. Surdus  
 tr. de aliment. tit. 7 q. 1 n. 43 Zasius ad l.  
 stipulatio hoc modo 61. n. 47. d. V. O. Hart.  
 Pistoris lib. 1. q. 19. Ant Faber defin. 29.  
 n. 2. C. de inoffic. test. Sichard. ad l. filia  
 18. n. 3. C. fam. ercis. V. Vesenb. cons. 15. n. 8.  
 & in paratit d. collat. n. 3. ubi ait hanc  
 impensam quodammodo esse æs  
 alienum, ac deberi filiis. Schneid. in  
 com. Inst. fol. 258. n. 75. de donat. int. vi-  
 uos. Emanuel Mendez de Castro ad l.  
 cum oportet 6. C. de bon. qua lib. Schu-  
 rer. de succes. ab intest. tit. 8. limit. 2. Iacob  
 Thoming decis. 33 Ioh. Saporta de collat.  
 c. 5 Giphart. lib. 1. disput. disp. 1. in coroll.  
 Chilianus König in processu cap. 171. von  
 expensen bey den Personen. Rut. Ru-  
 lant p. 4. lib. 5. cap. 14. n. 22. Pacius ad l.  
 qua pater so fam. ercis. Lud. Schwart-  
 tzenmair lib. 1. qq. miscel. c. 12. & in Cons.  
 Illust. Consiliorum cons. 4 p. 1 collecta per  
 Ioh. Baptistam Casarem syndicum quon-  
 dam Francofurtensem. Ioh. Köppen decis.  
 14. n. 10.*



14. n. 10. Cuiac. 3. obs. 30. Cothman consil.  
 3. n. 27. Dassel. late ad consuetud. Lune-  
 burgenses art. 19. n. 15. vsq. ad num. 34.  
 Trentler. p. 1. disp. 19. th. 13 lit. b. & parte  
 2. disp. 17. th. 5. lit. k. & th. 6. lit. b. Fachitz.  
 lib. 5. controu. c. 83. Dn. Arumaus disp.  
 Pand. 10. th. 15. Onciacius in qq. Acad. q.  
 37. in fin. Gothof. add. l. 50. fam. ercis &  
 alibi. Speckhan cent. 2. class. 1. q. 12. Ar-  
 noldus Reyger in thesauro iuris de collat.  
 bon. n. 346. vbi idem de metropolis  
 patriæ obseruatione, additis qui-  
 busdam restrictionibus testatur. Bo-  
 cer. class. 3. disp. 13. n. 28. Coler. decis. 62.  
 nu. 20. Fomann. in disp. extra ordin. de  
 An. 1601. Et in disp. qq. miscellanearum  
 q. 79. An. 1614. Respond. Petro Scorlero  
 Silesio. Dom. Arumaus in disp. extraor-  
 dinaria de An. 1607. Respond. Vincentio  
 Millero Hamburg. & in disp. de Trans-  
 act. eodem Anno habita Respond. Ioh.  
 Pfeiff Pomer. in coroll. vlt. Gotfredus  
 Antonius in eleganti illa disputatione de  
 actionibus, earumq. formandis libellis de

An. 1611. th 66. sub lit. f. Respond. Ger-  
 bero Dieterich Neoburg. Saxonem.  
 Wolfgangus Vertherus Mülpfore in  
 diss. pub. Iena habita de Anno 1609. Re-  
 spond. Ioh. Mauritio Lenka Magde-  
 burg. Ioh. Michael Beuther in diss. con-  
 trouers. qq. nomicopolitic. q. 53. Respon-  
 dente Iacobo Scelleczy Hungaro, Anno  
 1615. Argentorati. Iacob Schröter in diss.  
 publ. de mixtis dupliciū iudiciorū actio-  
 nibus th. 31. & seq. Respondente Ioh. Con-  
 rado Killing. Nassov. Iena A. 1603. th. 28.  
 Resp. Ioh. Corningo Sil. Ioh. Suenius in  
 diss. publ. de Testam. th 23. de An. 1611.  
 Respond. Frid. Gualthero, Hasso. Osval-  
 dus Hilliger in diss. publ. d. collat. Respōd.  
 Nic. Scharffenberg Rostoch. th. 90 de an.  
 1609. Hunnius in diss. pub. de collat. Bo-  
 mor. th. 77. & seqq. Resp. Ioh. Wolfgango  
 Duer Franco an. 1615. Hanc senten-  
 tiam ut veriozem, & humaniozem, pla-  
 citis suis comprobarunt Scabini Lipsen-  
 ses, & Ienenses teste Thomingio prefato  
 loco, & Nic. Reusnero lib. 4. decis. decis.

II. &amp;

II. Et in proposito casu, ita pronunciarunt.

Hat der Vatter einen Sohn außserhalb seines Hausses an frembden orten zum Studieren gehalten / ihn mit Büchern / Kleidungen / vnd täglicher vnterhaltung versorget / So ist der Sohn nun mehr nach absterben seines Vattern / solche auff ihn / vnd seine Studia angewandte vnkosten / vnd vnterhaltung seinen Mitserben zu bezahlen / vnd in gemeine Väterliche Erbtheilung zu bringen / nicht pflichtig. Von rechtswegen.

Idem obseruatur in Terris Franconiae Fränckisch Landsbräuch / tit. 10. In der Theilung sol all das i. nig liggend / vnd fahrent / klein vnd groß / was jedes Kindt vorhin gekost / empfangen vnd eingensitten / ihnen von den Eltern gegeben / gereicht / zugestellet / gelihen / oder von seinetwegen außgeben / oder bezahlet worden / eingbracht werden / auff das einē gleich

als dem andern geschehen mög. (Limitatio) Allein da etliche Kinder zur  
Lehrung / zur Hohenschul von den  
Eltern geschickt worden / darinnen  
sie den Eltern gefolgt / vnd der Lehr  
mit verwilligung der Eltern fleissig  
angehangen / nicht mit müßigang  
dz gut vnnutzlich verthon / wider der  
Eltern willen nichts anderst fürge-  
nommen / dasselbig auff zimlichst zu  
achten / sollen sie in der theilung im  
zuwerffen nicht schuldig / noch in sol-  
cher theilung ihnen nichts abgezog-  
gen werden.

Concordat Jus Saxonicum lib. I.  
L. R. art. 10. Gibt ein Vatter seinem  
Sohn Kleider / Rosß oder Harnisch  
zu der zeit / als ers bedarff / vnd nutzen  
kan / vnd es der Vatter auch geben  
mag / stirbt der Vatter darnach / er  
darffs nicht einbringen / so er theilet  
mit seinen Brüdern.

Idem statuitur in Gallia, prout  
ipse met, ibidem multis in locis, vt  
Lutetia

Lutetiæ Parisiorum, Turoni, Monspeli & alibi audiui. Sed audiamus hac de re P. Gregorium Tholosanum Jctum quondam celeberrimum quid in syntagmate juris vniuersi *lib. 46. c. 8. n. 7. scribat. Ait autem.*

Inter alia Priuilegia, quæ habent studia, officij paterni munus præcipuum est, instruere liberos, & nutrire. Et quemadmodum jure naturali tenetur, qui generauit, nutrire alimentis corporalibus generatos: Iste etiam Animum eorundem debet bonis præceptis imbueri, & si ipse non possit, vel nesciat, æquum est, vt suis expensis ab aliis fieri procuret. Deinde laboriosum  
certè

certè opus, est studium Literarum, prudentiæ, ac virtutis disciplina, & ob ea, multa pericula subeunda, in peruagandis prouincijs, multisq; injurijs exposita, discētium, vt suos aliquando docere possint, peregrinatio, vt Miseratione saltē, si non Remuneratione, studiorum labor dignus sit. Et ideo collatio eius gratia expensi, non exigitur. Hæc Tholosanus.

Refutatio superiorum argumentorum.

Quæ cum ita sint, nihil obesse ea, quæ dubium ex altera parte mouere videbantur, apertū est. Nam quod ad Primam & Secundam dubitandi rationem attinet, licet aliquam videatur redolere iniquitatem, liberos, quos natura æquales fecit,

fecit, inæqualiter instituire, & hac  
 inæqualitate discordias & rixas in-  
 ter fratres excitare: tamen illud  
 non attendendum: Utilitas nam-  
 que publica, semper præferenda  
 utilitati priuatæ, ut ex præclaris omni-  
 um Ictorum responsis constat per text. in  
 cap. Imperialem in pr. & prohib. feud. ali-  
 en. per Loth. & l. unic. c. 14. ibi sed quod  
 communiter omnibus prodest, hoc rei pri-  
 uatæ utilitati præferendum esse cense-  
 mus. C. de Caduc. toll. Et Pia causa fa-  
 cit, ut pluribus interdum casibus à  
 dispositione juris Ciuilis disceda-  
 tur, ut scribit Bl. in l. 1. C. de SS. Eccles.  
 per c. relatum est cum ibi not. x. de testam.  
 Studiorum autem causa, Pia est,  
 Bart. in l. 1 ff. solut. matrim. & concer-  
 nit utilitatem publicam: Nam se-  
 cundum gl. in l. stipulatio 21. § siue au-  
 tem ff. de oper. nou. nunc. turbare stu-  
 dium, est turbare utilitatem publi-  
 cam: cum sine his nulla Respubli-  
 ca gubernari possit, pro ut id, non  
 solum

46

47

48

49

solum ex constitutione Friderici *in*  
*auth. habita de priuil. stud.* sed etiam  
 ex praxi quotidiana luculenter ap-  
 paret. Favor igitur studiorum fa-  
 cit, quò minus hac in parte æquali-  
 tas locum habere possit. Et quis  
 quæso ad studia animum  
 applicare vellet (hoc præ-  
 fertim tempore, quo etiam  
 fordidum quemq; auctio-  
 riori modo in re fit, Doctis-  
 simis quibusvis, ab imperi-  
 ta plebecula præferri videt)  
 si sciret de suo corio in Aca-  
 demijs ludi, eosq; sumptus  
 sibi olim in communi bo-  
 norũ diuisione detractum  
 iri.

50

Præterea, quemadmodum Pa-  
 ter non tenetur filias æqualiter do-  
 tare teste Decio *consil. 26. col. 4. Bart. in*  
*l. 77.*



l. 77. §. *dulcissimis* 2. ff. de leg. 2. Ita nec  
 æquales partes tenetur liberis re-  
 linquere. Imò plus vni filio quàm  
 alteri relinquere potest, vt est expe-  
 diti iuris in l. *parentibus* C. de inoffic. te-  
 stam. l. *ex parte* 39. §. *intestato* 1. ff. fam.  
 ercis. l. *quotiens* 10 C. eod. tit. vbi glos. in  
 verbo *Diuidit* l. *cum pater* 77. §. *euictis*  
 8. ff. de leg. 2. Iason, & Paulus de Castro in  
 d. l. *parentibus* C. de inoffic. testam. Hen-  
 ning Göden cons. 74. n. 1. & seq. Fichard.  
 cons. 87. vol. 2. in ressonsiõne ad primam  
 causam ibi. Es geschichte offte daß ei-  
 nem Erben/ oder auch einem Kinde/  
 für dē andern ein Vorthail geschicht/  
 es sey durch vngleich institution,  
 oder aber durch Prælegata &c. Bal-  
 thasar Klammer Cancellarius quondam  
 Lüneburgensis in suo compendio iuris tit.  
 18. de Testamentis n. 2. vt qui eadem ferè  
 verba habet. Myns. resp. 10. n. 43. decad. 1.  
 cent. 1. Gail 2. obs. 112. n. 24. Bl. cons. 80.  
 vol. 5. Alex. cons. 82. in fin. v. non obstat  
 vol. 4. Decius cons. 246. n. 2. & cons. 6.  
 col. 2.

SI

52

col. 2. n. 4. ubi dicit, quod mater possit donare totum patrimonium vni filio, reseruata aliis legitima. Crauetta cons. 142. n. 1. & cons. 256. in pr. vide cons. Marpurg. cons. 29. vol. 1. nu. 40. & seq. Et quis parentibus hanc ob causam iuste succensere poterit, cum secundum gl. in l. 1. in gl. magna circa medium C. de inoffic. donat. Roland. à Valle cons. 62. nu. 25. vol. 1. Bertazodlium cons. 57. n. 4. cum seqq. Surdum cons. 1. n. 76. & alios relatos à Knichen in tr. de Sax. nou. prouoc. iur. cap. 2. fol. 87 nu. 20. Bona ipsorum propria sint, in tantum, vt si velint, illa in mare proijcere possint. Breuiter ergo, prædicta obiecta, & jura de æqualitate inter liberos seruanda, locum habent in Dubio, vbi patris voluntas expressa nõ est, scæus, vbi cõstat de voluntate patris. Ita consuluit Paris. cons. 34. n. 50. cum seq. vol. 2. tradete Gai- lio d. obs. 112.

53

Et hæc de prima & secunda du-  
bitan-

bitandi ratione. Tertiam quod at-  
tinet. Respondeo, Non exinde,  
quod parens in filium studiorum  
causa sumptus collocat, reliquos li-  
beros defraudari. Certi enim juris  
est, quòd parentes liberis Legiti-  
mam tantum relinquere tenean-  
tur: de reliquis autem disponendi  
ipsis libera sit potestas *Auth nouis-  
sima C. de inoffic. testam.* Legitima igi-  
tur relicta, contenti esse coguntur,  
nec habent quod amplius conque-  
rantur, nec etiam vlla ipsis compe-  
tit actio, *l. cum queritur 6. C. eod. tit.*

54

Hinc nec Quarta dubitandi ra-  
tio obest. Simpliciter enim nega-  
tur legi per huiusmodi pecuniæ  
donationem fraudem fieri: modò  
enim dictum, per hanc donatio-  
nem liberos minimè defraudari.  
Hi si non defraudantur, nec legi  
fraus fit, lex namq; liberis consulit.

Sic nec Quinta ratio dubitandi  
officit. Magna enim inter Arma-  
tam

55

tam & Togatam militiam, differētia est. Et ut illi sua habent priuilegia: ita & hi gaudent suis priuilegiis, & inter alia plurima, hoc, ut sumptus in studia factos, non conferant. *Vid. Balduinum in Inst. pag. 103 Cuiac. ad l. 1 § sed an id 10. ff. de colat. & lib. 3. qq. Papin. pag. 359.*

Non *Nov. 18. cap. 6.* ut sexta in ordine dubitandi ratio. Loquitur enim de eo casu, quando quid donatum est filio à patre simpliciter, non ob causam studiorum. Et hanc solutionem habet *gl. in l. 50. in verbo comprobatus ff. fam. ercis.* Quam sequitur *Pacius d. l. 50.* & ait plurimorum consensu eam solutionē approbatam esse. Deniq; non verba Papiniani in *l. 15. ff. de muner. & honor.* contrariantur huic assertioni. Ibi enim impendit, quid in honorem post mortem patris, quod venit in colationem. Sic & sumptus, in honesto literarum otio versanti, post patris

tris obitum, ex communibus sup-  
 peditati bonis, conferuntur: Cum  
 fratres fratri ad cæpta studia absol-  
 uenda, sumptus suppeditare non  
 cogantur. *Sichard. ad l. si familie 14.*  
*C. fam. ercis. Schneidvv. in Com. Inst. fol.*  
*81. n. 54. Bl. in l. filia cuius 18. C. fam. er-*  
*cis. VVesenb. consil. 80. n. 14. Et seq. Setzer.*  
*in diss. suis ad Inst. disp. 26. th. 15. in fin.*  
*Oldendorp. cons. illust. p. 3. cons. 60. Gotbo-*  
*fred. ad l. 20. §. 6. ff. fam. ercis. Bart. in l. 2.*  
*§. si in verbis C. d. bon. quæ lib. Verba*  
 autem eius hæc sunt.

56

Nota, inquit, quod licet  
 pater fecerit expensas pro  
 filio militando, doctoran-  
 do vel vxorando, mortuo  
 patre, pro alio filio non de-  
 bet fieri expensa de com-  
 muni. Et si alius frater vult  
 eadem impendia facere de  
 communi, pro simili actu  
 D non

nō auditur, sed debet sumptus facere de proprio.

Ergò semper videndum, num sumptus sint facti post obitum patris, an viuentis patre. Si prius, sumptus conferendi sunt, secundum allegata verba Papiniani: Sin posterius, non item, & de eo casu nostra concepta est quæstio. Limitatur hæc assertio: Nisi fratres paterna bona indiuisa retinuerint, & societatem omnium bonorum contraxerint, *argum l. 73. §. 1. l. 52. §. fin. ff. pro socio Menoch. 2. arbit. jud. cent. 2. cas. 127.*

Idem obtinet in Libris.

57

Cæterum, quod de sumptibus, idem in Libris à patre filio traditis, obtinet argumento *l. 4. C. fam. ercis. & l. 1. C. de Cast pec. vbi militaria arma, non conferuntur. Ergò nec arma studiosorum, puta Libri, cum illis non magis Respublica confirmetur, ac sustentetur, quàm gladijs & alijs machinis bellicis, l. 14. C. de aduoc.*

*advoc. diu. iud. Menoch. in arbit. qq. lib. 2. cas. 131. Harp. ad S. fin. Inst. de Adolph Fomann in disp. de iure & privileg. scholarium th. si Respondente Reinholdo Detleuio Dithmarso an. 1614. Hinc non inscitè quidam ex veteribus dixit: Literas non solum vitam dare, sed etiam adimere posse: & pennas scriptorias, loricas bellatorum penetrare.*  
 Sic loh. Galeatius Dux Mediolanensis dixisse fertur, plus sibi detrimenti attulisse Collutij Pierij Oratoris, & Florentinæ Reipublicæ rebellionis epistolas, quàm mille alioquin equites armatos. Volater. lib. 21. Et Pyrrhus, Ob, de quo Plut. in vit. Legatum suum Eloquentia plures regiones vicisse, quàm armis.

At obstat, Res emptæ per patrē, OB, ipsi patri acquiruntur, & per consequens, pertinent ad omnes hæredes pro portionibus hæreditariis. Ergo & Libri. Respondeo. Si pater Resp. emit libros, & non tradidit filio,

D 2 nec

nec aliàs expressit, se donare filio, tunc sunt proprij ipsius patris: & ideò diuiduntur inter fratres, sicut aliæ res hæreditariæ. *l. 1. in pr. C. de Castr. pec. lib. 12.* (Si tamen frater studiosus illos libros vult, præstat solum æstimationem, quantum scilicet tempore diuisionis valuerunt, non etiam quanti empti fuerunt à patre tradente. *Speckhan. cent. 2. class. l. q. 12, priv. 6.* Secùs si traduntur, vel ob eam causam, vt sc. emanantur, pecunia filio mittitur. *Vide Schneidvv. in Com. Inst. fol. 809. n. 50. & seqq.*

In Docto  
ratu, vel  
simili.

In Pari cum libris, ac sumptibus in studia erogatis, conditione, ac causa sunt, expensæ pro dignitate, & honore filij, puta, pro gradu Doctoratus, Licentiatus, vel simili subministratæ. *Bart. in l. 1. § nec Castrense. ff. de collat. bon. Vas q. lib. 3. de success. creat. §. 30. n. 214. Castr. Mason & alij, in l. omnimodo §. imputari, C. de inoffic. Test. Coras. ad l. filium quem n. 110. C. fam. er-  
cis.*



*cis. Schneidvv citato loco n. 45. Costal in  
 l. 50. ff. fam. ercis. Cuiac. lib. 3. obs. obs. 30.  
 Consilia Marpurg vol I cons. 26. n. 333.  
 Rutg. Rulant. p. 4. lib. 5. cap. 14. n. 22. Ne-  
 maus q. 28 v. & certè illa militia de col-  
 lat. Eman. Mendetz in l. cum oportet 6.  
 C. de bon. quæ lib. nu. 177. Et alij multi.  
 Propter l. vnic C. de peric. successor. par. l.  
 20 §. 6 ff. fam. ercis. l. 1. §. 16. ff. de collat.  
 Vbi Papinianus ait, non esse  
 cogendum filium, id, quod  
 Dignitatis nomine à patre  
 datum est, vt conferat in  
 commune: hoc enim pro-  
 pter onera Dignitatis præ-  
 cipuum habere debere.*

Doctoratus autem est dignitas  
 & quidem excellens, c. quanto x. de  
 magistr. l. nobiles. C. de Commerciis.  
 Nov. 117. cap. 4. ibi. qui maximis digni-  
 tatibus decorati sunt, cuiuslibet sint di-  
 gnitatis aut Militiæ, aut Studij &c. Ioh.

*de Royas in Epit. de success. cap. 26. n. 27.*

*Ant. Thessar de Error. Notar. cap. 25. n.*

*7. Chassaneus in catalogo gloria mundi  
part. 8. consid. 20. B 2. in l. fin. C. de Iuda.*

*& in l. ex eo ff. de stat. milit & in l. omnes.*

*C. de decur. Panorm. in c. proposuisti, de  
probat. circa fin. Petrus Fritze in erudita*

*sua disputatione Iena pro gradu habita  
de Nobilitate civili th. 14 sub lit. b. Hinc*

60 Doctores propter summam, in qua  
constituti sunt, dignitatem, quan-  
tumvis de crimine suspecti, & legi-  
timis indiciis grauati, tormentis  
supponi non possunt, *l. seueram 20.  
C. de dignit. lib. 12. l. Diuo Marco II. C.  
de quest. Excepto crimine laesæ Ma-  
iestatis & Hæreseos. Gomezius var.*

*resolut. tom. 3. cap. 13. rubr. de tortura*

*Reorum n. 3. circa fin. ubi testatur hanc*

61 *esse communem opinionem. Hinc ad*

Magistratum vel Iudicem venien-

tes, non stare, sed sedere debent,

pæna ternarum librarum auri ad-

uersus Iudicem cōstituta, qui hanc

sessio-

sessionem denegauerit vt expressissimè dicitur in l. fin. C. de offic. diuers. iudic.

62

Hinc testimonij dicendi vel iurisjurandi præstandi causa, domo ad tribunal evocari non debêt, sed iudex mittere quempiam ad ipsos tenetur, qui testimonium domi recipiat. l. ad personas egregias 15. ff. de iureiur. Hinc Nobiles sunt l. providendum 8. C. de postuland. l. 4. ff. de excus. tut. Pet. Lenander de privileg. Dd. p. 2. §. 38. n. 53. Luc. de Penna & Ioh. de Platea in l. iudices C. de dignit. lib. 12. Br. in l. Medicos C. de Profess. & Med. lib. 10. Exinde iisdem fruuntur privilegijis, quibus Nobiles ex stirpe, Reformierte Polliceyordnung zu Franckfurt. An. 1577. tit. 12. Vbi Doctoribus idem vestimentorum splendor, eadem potestas gestandi aureas catenas conceditur. Verba dictæ constitutionis sic sonant. Desgleichen sollen vnd mögen die Doctores vnd ihre Weiber/ auch Kleider/ Geschmuck/ Ketten/

63

64

C 4

Ketten/

Ketten/ guldene Ring/ vñnd anders  
ihrem Standt vñnd Freyheit gemeß/  
tragen. Imò sine speciali Impera-  
toris permisso, insignia Nobilium  
gerere possunt, hoc est, mögen ein  
Wappen mit offnem Schilde vñnd  
Helm führen/ *vt Ioh. Halbritterus An-  
tecess. Tubing. in orat tractatui Hen. Bo-  
ceri de Bello & duello annexo de privileg.  
Dd. tradit. Quæ cum ita sint, mini-  
mè dici potest, Doctoratum, digni-  
tatem non esse. Plura aliàs qui hac  
de re desiderat, adeat Iacobum Be-  
nium, vt qui integrum tractatum  
de Doctorum dignitate, jure, & pri-  
uilegiis scripsit, ac in lucem edidit.*

In Vesti-  
mentis.

65

OB,

Quod dictum de Doctoratu, idè  
& de Vestimentis asserendum, cùm  
vt ait Labeo *in l. 43. ff. de V. S.* vesti-  
menta alimentorum nomine ve-  
niant. Alimèta autem vt supra tra-  
ditum, non conferuntur. Ergò &  
vestimenta, Nec audiendus Valla,  
qui putauit vestes ad alimenta non  
perti-

pertinere, propterea quòd Æthyopes sine veste commodè viuant. Loquimur enim hic de Romanis, eorum moribus, & institutis, apud quos nec honestum, nec commodum est sine veste viuere, nudumq; incedere.

Cæterùm hætenus dicta, non solum in Patre, sed etiam in Matre obtinent, propter *l. 3. in §. 4. ibi, sed si in castra eunti. ff. de donat. int. vir. & vxor. qua sic est. Si mater filio, qui in patris potestate est, donat, nullius momenti donatio est, quia patri quæritur. Sed si in castra eunti filio dedit, videtur valere: quia filio quæritur, & est Castrensium peculij. Ergo & id quod Mater filio studiorum causa donat, ipsi quæritur, cum sit quasi Castrense peculium, propter comparationem, in *l. aduocati. 14. C. de aduocat. diuers. iudicior. Hart. Pistor. in qq. suis pract. p. 1. q. 19. n. 2. Iacob Thoming. decis. 32. num. 9. & Schvartzemair in miscel. lib. 1. c. 12.**

Nec sumptus à Matre in filiū collati conferuntur

OB.

*Nec obstat.* Mater tenetur tantum ad subsidia. Ergò non ad sumptus.

Resp.

*l. 5. §. si mater 14. ff. de agnos. lib.* Hoc enim non refert, nam in nullo iure hoc dispositum reperitur, quod sint conferendi sumptus. Præterea, licet mater ad sumptuum præstationem minimè cogatur, si tamen eos præstiterit, filius eos non confert. *Bl ad l. filia 1. nu. 10. v. nec obstat. C. fam. ercis.*

OB.

66

Sic nec obstat. *l. Neseinius 34. ff. de neg. gest.* vbi mater filio alimenta non debet, & si dedit, repetere potest *l. si quis à liberis 5. §. si mater 14. ff. de agnos. lib.* Ibi enim expressè protestata est Mater, se ideò alere filium, vt aliquando aut ipsum, aut eius tutores conueniat, & sumptus repetat. Vbi ergò protestatio facta, ibi repetitio locum habet: Item si mater ad inopiam redacta, & filius locuples effectus: nemo enim alimentis quotidianis defraudandus.

Resp.

67

*l. qui*

*l. qui bonis suis 6. ff. de cess. bon. Et ratio habenda est, ne quis indigeat. l. inter eos 19. ff. de re iudic.*

Hiscē omnibus nunc ita traditis, videndum, in quibus casibus hæc assertio fallat: nulla enim regula tam firma, quæ non habeat suam exceptionem. *Abb. in c. quoniam frequenter x. ut lit. non contest. &c.*

Casus vbi sumptus in collationem veniunt.

68

Fallit autem I. Si filius sumptus non in vsus bonos, & conducibiles, sed in prauos & flagitiosos conuertit: vt si V. g. plus temporis in Calice, quàm in Codice consumpsit. Et rectè, cessante namq; causa studij, cessat & priuilegium. *argumento l. 6. §. quamuis ff. de iur. patron. c. cum cessante x. de appellat. Leonel. in tr. de obrept. rescript. quest. 16 art. 5. Amatus decis. 144. n. 1 & seqq. Tiraquel in tr. cessante causa n. 203 part 1. Eberh. in Top. Loc. à ces. rat. & contraria causa, contrarium operatur effectum. vt est generale Logicorum enunciatum. Con-*

69

70

ferre

ferre igitur debet, utpote qui perdidit priuilegium, tanquam ex sua culpa & dolo. *argum. l. i. §. confertur. & l. 2. §. de illis ff. de collat.* Et quod non impendit in rem, ob quam datae erant, & causa non secuta *l. pen. §. fin. C. de collat. t. t. Codicis de condict. ob causam & tit. ff. de condict. causa dat. causa non sec. l. i. §. sed an id. ff. de collat. bon. l. de bonis 6. §. non solum s. d. Carbonar. edict. l. omnimodo 30. §. imputari C. de inoffic. testam. l. item si 7. §. quod dicitur 13. ff. de SC. Maced. Bart. Bl. & Alberic. in Auth. quod locum. C. de collat.* Ex qua sic inferre licet, Deo consumpta à marito, computatur in partem ipsius filiae maritatae, quando ipsi negligentia, ac culpa non exacte dotis, imputari potest. Multo magis ergo filio ista pecunia in suam partem computari debet, quam in prauos usus impedit: cum grauius sit delictum, quod faciendo committitur, quam quod omittendo. *Hart. Pist. d.*



*Pist. d. q. 10. n. 7. Schvartzzenmair d. ca. 12. Nic. Reusner decis. II n. 51. & seq. Decius in auth. hab. C. ne fil. pro patr. ubi hanc opinionem communem esse, tradit. Hoënonius in controu. iuris disp. 20. th. 7. sub litera b. Claud. Chifletius in tract. de port. leg. c. 14.*

Fallit II. Quando filius propter studiorum expensas, renunciauit successioni paternæ: tunc enim videtur actum tacitè, quòd illa pecunia in collationem veniat. *Bl. Castrens. in l. pactum. C. de collat.*

71

Fallit III. Quando pater vel mater in vltima sua voluntate præcepit, vt studiorum sumptus conferantur, argumento *Nov. 22. c. 2. Cravetta cons. 725.*

Verùm cum ea volūtas testatoris sit attendenda, quæ juri non repugnat, secundū *l. nemo potest ss. ff. de leg. 1. & parentes alimenta (sub quibus expensæ ad studia, vt constat, quoque continentur) liberis, citra collatio-*

72

lationem debeant *t. t. ff. de agnos. lib.*  
 De hoc casu dubito. Quod si autē  
 ex voluntate parentis conferendi  
 essent, id, quod domi aliās in ali-  
 mentis filij pater impensurus fuisset,  
 (cū in hoc præcisē à lege de-  
 bitor sit) aliasq; facturū esset, de-  
 trahendum. *argum. l. sed etsi lege 25. §.*  
*16. ff. de petit. hered. l. 39. ff. fam. ercis. l.*  
*11. ff. de Cast. pecul.*

Fallit IV. Quando Filius bona  
 & facultates aliunde habet, earum-  
 que administratio est penes pa-  
 trem. Tunc enim intelligitur pater  
 tales expensas fecisse magis nomi-  
 ne administratorio, quàm paterno;  
 & sic de bonis filij, *Bart. Alber. Ang.*  
*& Castr. in l. fin. ff. de petit. hered. Horat.*  
*Luc. in tr. de priuileg. Scholar. priuil. 27*  
*Hecq; opinio communis est secundum*  
*Gomez. in l. Taur. n. 29. Qua de re vide*  
*Emanuel: Mendez de Castro in d. repe-*  
*tit. l. cum oportet 6. C. de bon. qua lib. tit.*  
 178.

Dis.

Dissentit Schiferdegker 2. *disq. Fo-*  
*renf. tr. 23. q. 4.* vt qui hunc casum re-  
 ijcit, *arg. l. fin. C. de dot. promiss.* Cùm  
 enim certum sit, patrē pietate de-  
 bita, duci ad subministrandas filio  
 studiorum expensas: sequitur de  
 bonis alijs eadem deduci non pos-  
 se. Nam quod quis jure publico  
 facere cogitur, si id facit, soluit,  
 quod debuit: & nemo officium su-  
 um alienis sumptibus persequi po-  
 test.

Fallit V. Quando parentes filij  
 gratia, tantum erogarunt, vt ceteri  
 liberi legitimam suam consequi  
 nequeant, atq; sic inæqualitas, quæ  
 vivanda. *l. pen. § unic. C. de collat. oria-*  
*tur. Bl. in l. filie, & in auth. ex testam. C.*  
*ead. tit. Paris. cons. 92 n. 23. vol. 1. Crauet.*  
*cons. 133. n. 77. Ruin. cons. 122. nu. 7. vol.*  
*2. Socin. lun. consil. 147. num. 41. vol. 2.*  
 Reijciunt nonnulli & hunc casum,  
 cùm inæqualitas illa non fiat culpa  
 liberorum (legitimæ namq; confi-  
 dera-

deratio post mortem demum patris est *l. 1. §. 21. de collat. l. 2. §. 2. de vulg. & pup. subst.* sed parentum, qui modum in transmittendo non seruauit. Proinde ea non filio, sed parentibus nocere debet, *argum. c. 86. de R. I. in 6.*

Fallit V L deniq; Quando pater sumptus Credendi animo supeditauit, & hosce in Registrum rationum retulerit *argum. l. 50. ff. fam. ercis. Schneidvv in com. Inst. fol. 258. n. 75. Hornmold. in repertorio iuris lit. S.* Verùm cum *d. l. 50.* agat de filio emancipato, cui vt ex emancipatione constabat, pater credere poterat: Nos verò de filio in potestate constituto, inter quem, & patrem obligationem contrahi ius patriæ potestatis non permittit *l. 50. ff. ad S. C. Trebell.* Hæc exceptio probanda non videtur. Deniq; si maximè hoc concedatur, procedet tamen tum demum, si expressè hoc probari pote-

poterit: Nam non ex eo solum, quod pater expensas illas in libros rationum retulerit (si non alia coniectura simul interueniant) animum ipsius credendi, & computandi constare concedimus *l. 34. in fin. ff. de neg gest.* Cum enim diligentes patres fam. saepe etiam minutissima quaeque in libros rationum referre soleant, ut, quotannis exactam acceptorum, & expensarum rationem inire queant, exinde statim patrem, non concurrentibus aliis coniecturis, expensas illas confendas esse voluisse, dicere, non solum iniquum, sed & voluntati parentis contrarium esset.

73

Et sic tandem in portum peruenimus.

*Sit Pater o rerum, tibi laus, tibi gloria*

*soli,*

*omnipotens, sapiens, & sine fine Deus.*

F I N I S.

E

Car.



C A R M E N.

GRATULATORIUM  
IN TRACTATUM PVLCHERRI-  
mum de Expensis Studiorum Præstantis-  
simi iuxta & Doctissimi viri Dn. Ioh. VVolf-  
gangi Hilleri I. V. Doctoris Fra-  
tris sui Germani,

**P**erpetuò adfixus qui hæret natalibus aruis,  
Et trepidat noto è limine ferre pedem:  
Gloria non illum, nec laudis adorea cinget,  
Sed vitam morti, duxerit ille, parem.  
Sic, & qui tantùm doctorum scripta Virorum  
Voluit, seu Musis invigilate solet;  
Non audet prodire tenus, mihi transigit ille  
Vitam persimilem, & sic sine laude manet.  
Hinc tu laudandus meritò es, En Frater amande  
IAN- VVolfgang Clarij fama nouella chori:  
Nam tua cura fuit, Orbis volitasse per vrbes;  
Assiduò doctas & coluisse Deas.  
Id quod egregia hæc de te monumèta loquuntur,  
Demonstrat doctis pagina docta modis,  
In quâ, fundamenta refers pulcherrima Iuris;  
Cur studij expensæ jura benigna habeant?

Perge

Perge bonis auibus Studiorum Iura tueri  
Nec labor in studijs vllus inanis erit.  
Sic Europæas passim penetrabit in oras  
Laus tua, sic patrio crescet in orbe decus.

Honoris ergò in Academia  
Ingolstadiensi *ἀνοχεδίασῆ*  
erectum & exinde transmis-  
sum à

IOHAN. GVVALTHERO HIL-  
lero Bergâ Palatino LL. Stud.

... in ...  
...  
...  
... in ...

...  
...  
...  
...

...  
...  
...

...  
...  
...  
...

...  
...  
...  
...

...  
...  
...  
...

...  
...  
...  
...







KP 498

X2615588

VDAZ

111





TRACTATUS THEORICO-  
PRACTICVS

DE EXPENSIS  
STVDIORVM,  
In quo

de, & neruofè famofiffima illa  
de; An Filius pecuniam Studiorum  
Patre transmissam, eo mortuo, in diuisione  
rum, cum Fratribus & Sororibus con-  
re teneatur: excutitur, & discutitur.

*In gratiam*

nae coronae Academicae, contra μισοστωδ-  
ss, pecuniarum mancipia, publica-  
tus, & divulgatus

A

AVTICIA; pereat MVnDV s.  
AUGUSTÆ  
Ioannis Vdalrici Schönigij.

ANNO

M. DC. XIX.

